



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XI. De his episcopis vel clericis qui sine literis episcoporum ad
imperatorem vadunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

XI.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel quicumque clericus, & omnis omnino qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter consilium vel literas eorum episcoporum, qui sunt intra prouinciam, & maxime metropolitani, ad imperatorem perrexerit, hunc abdicari & eiici non solum de communione debere, sed etiam propria dignitate priuari tamquam molestum & importunum imperialibus auribus, contra ecclesiastica constituta. Si autem necessitas cogat ad imperatorem excurrere, propter aliquam actionem, cum deliberatione & consilio metropolitani ipsius prouinciæ episcopi, & ceterorum conscientia episcoporum, qui in eadem prouincia sunt, atque cum literis eorum ire debet.

XII.

Si quis a proprio episcopo depositus vel presbyter, vel diaconus, aut etiam si a Synodo quilibet episcopus fuerit exauctoratus, molestiam imperialibus auribus inferre non præsumat, sed ad maiorem episcoporum Synodum sese conuertat, & quæ se putat habere iusta in eorum Concilio alleget, atque ab his de se expectet quæ fuerit deprompta sententia. Quod si deficiens pusillanimitate hoc noluerit facere, sed imperatori fuerit importunus, huiusmodi nullam veniam habeat, neque locum ullius assertionis suæ, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum.

XIII.

9. q. 2. Nul-
lum episco-
pum aude-
re.

Nullum episcopum audere debere ex alia prouincia ad aliam transitum facere, & ordinare aliquos in

ANNO
CHRISTI
341.